AUGUSTINUS. PS. AUGUSTINUS. AMBROSIUS AUTPERTUS
Mitte 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36545
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

persuasurum esse sapientiam sit de honore aucto-
ritas creverit. eosque ipsos familiares tuos non pos-
se cupiditatibus modum imponere. seque totos convertere
ad quaerendum deum nisi et ipsi fuerint honorati idque
non per tuos honores dignitatemque fieri non posse.
Hinc ista etiam desideranda esse et ut perveniant
magno opere instandum. A. Ita est ut dicis. R. Iam
de uxore nichil disputo fortasse enim non potest.
ut ducatur existere talis necessitas. quamquam
si eius amplo patrimonio certum sit sustentari
posse omnes quos tecum uno in loco vivere ociose
cupis. ipsa etiam concorditer id sinente presertim
si generis nobilitate tanta polleat ut hono-
res illos quos esse posse necessarios iam dedisti per eam
facile adipisci possis nescio utrum pertineat ad
officium tuum ista contempnere. A. Quando ego istud
sperare audeam. R. Istud ita dicis quasi ego nunc re-
quiram quid speres. non quero quid negatum non delectet.
sed quid delectet oblatum. Aliud est enim exhausta pes-
tis aliud est sopita. Ad hoc enim valet quod a quibusdam
doctis viris dictum est. ita omnes stultos insanos